QVÆSTIO
de
MERITO CHRISTI DOMINI,

A

Rn. M. JOANNE LEOPOLITA,
S. Th. Sententiario & Profess. ad S. Floriani Can.
Pr. Prossouien. XVII. Kal. Octobr. M. DC. XX.
publicè in Academia Crac. disputata.

Præsidente

ADMODVM REVERENDO D.

MARTINO CAMPIO VADOVIO
S. Th. Doctore & Professore, Ecclesiæ
Colleg. S. Floriani Præpos. Opatouicien. &c. Paræco.

CRACOVIÆ
In Officina Typographica Francisci Cesarij. Anno & die quibus suprà.

DEVS ſic decreuit ex ordine ſuæ ſapientiæ & iuſtitiæ, vt homo ad paradiſum non poſset niſi per CHRISTVM redire; qui amplius humiliatus eſt, paſsionem degu-ſtãdo, quam primus homo tranſ-greſsus fuit ſuperbiendo.

D. Ambroſ.



QVÆSTIO
De merito Christi Domini.

VTrum Christi Domini meritum, quo sibi plurima, nobis autem omnia dona, quæ lapsis omnibus conferuntur ad iustificationem pernecessaria meruerit; & inter illa vt quotiescunq; ex viribus naturæ homo fecerit, quod in se est: teneatur Deus dare gratiam actualiter mouentem infallibiliter, secundùm legem communem, necne?

CONCLVSIO I.

Christum Dominum mereri potuisse, & de facto meruisse, Catholicorum sententiâ commodisșimè asseritur.

COROLLARIA.

1. *Omnes conditiones, quibus tota ratio meriti apud Deum completur, fuerunt in Christo.*

 2. Status

2. *Status comprehensoris ex parte Animæ: nulla ratione obstare potuit; quin Christus D. mereretur sibi id, quod nondum habebat.*

3. *Non potuit Christus D. mereri fruitione; quâ Anima Christi DEO clarè viso fruebatur.*

4. *Licet non tribuimus meritum dilectioni Dei, quæ oritur ex clara visione: tribuimus tamen dilectioni, quæ sequitur scientiam infusam ipsius DEI.*

5. *Concordi omnium sententiâ tutò asserimus Christum D. post mortem suam, nihil nobis mereri potuisse.*

CONCLVSIO II.

Catholica Veritas est, Christum D. non tantùm nobis: sed etiam sibi plurima dona meruisse.

COROLLARIA.

1. *Rectè fides Catholica contrà Caluinum docet, Christum D. meruisse ea; quæ pertinent ad gloriam corporis.*

2. Chri-

2. *Christus D. meruit passione suâ impassibilitatē Animæ & corporis, resurrectionemq; sui corporis in gloriam, & sui nominis exaltationem.*

3. *Vera sentētia est, Christum D. non meruisse sibi Animæ suæ beatitudinem.*

4. *Similiter & hæc vera, Christum D. dona supernaturalia, quæ habuit in instanti conceptionis: vt est gloria Animæ, scientia habitualis, cæteraq; alia, mereri non potuisse.*

5. *Valor infinitus, actionū Christi D. vtpotè propri9 ex vnione hypostatica cadere sub meritum non potuit; quod similiter de gratia actuali, ad primum actum meritorium, libenter fatemur.*

CONCLVSIO III.

Christi D. merita fuerunt caussa omnium donorum quæ dantur hominibus lapsis, vt præparentur ad iustificationem.

COROLLARIA.

1. *Christus D. meruit, quod actus DEI prædestinantis, ad tales personas terminarentur.*

2. *Christus D. dicitur Redemptor omnium, quantùm ad sufficientiam; quantùm ad efficaciam, aliquorum.*

3. *Licet Christus D. meruerit electionem comparatiuam formaliter sumptam: non tamen materialiter consideratam.*

4. *Designationē materialem eligendorū Christus D. reliquit Patri, vt prædestinatio æstimaretur donum Dei gratuitum.*

5. *Quantùm ad absolutum, prædestinatio sub nullum actum meritorium cadere potuit.*

CONCLVSIO IV.

Facientibus totum quod in se est, ex sola facultate naturæ, non tenetur Deus dare gratiam.

COROLLARIA.

1. *Stantibus duobus hominibus in æquali caussa, vnum DEVS illuminat, quia vult; licet maximus peccator sit: alium non illuminat, licet intendat bonis operibus, quia non sibi placet.*

2. Faci-

2. *Facienti quod in se est, ex prima gratia præueniente, Deus non denegat vlteriorem gratiam.*

3. *Ideò datur gratia præueniens peccatoribus, vt illa excitati, corroborati, & adiuti, sensim ad maiora præparentur.*

4. *Negari debet communiter, propter opus bonũ factum, viribus naturæ Deum dare gratiam præuenientem infallibiter.*

5. *Ex solis viribus naturæ, non posse hominem petere, vel desiderare, auxilium gratiæ.*

CONCLVSIO. V.

Nulla lex à Deo statuta fuit, dandi auxilia præuenientis gratiæ, facientibus quod in se est.

COROLLARIA.

1. *CHRISTVS D. non meruit, neq; mereri voluit, neq; de facto lex vlla est, dandi gratiæ, auxilia facientibus quod in se est.*

2. *Nullo modo videtur admitti posse, Deum certa lege statuisse, ex sola misericordia & liberali-*

tate

tate conferre omnibus auxilia gratiæ sufficientia, si fecerint quod in se est.

3. *Contrarium qui sentiunt DEum astrinxisse seipsum suâ lege ad talia eo modo conferendi auxilia, implicant, & faciunt gratiam non gratiã.*
4. *Lex talis si esset, Christi DEI gratiam faceret debitam, secundum legem debito legali.*
5. *Dicere, non propter nostra merita, sed propter Christi D. dari ex lege talia auxilia, est non commendare, sed obscurare Christi D. merita infinita.*

Cum Licentia Admodum R. Patris. & Magnifici D. M.

IACOBI TVROBOYSKI DE Turoboyce, S. Theol. Licentiati, Ecclesiarum Collegiatarum SS. Omnium Præpositi & S. Floriani Decani, Vniuersitatis Cracouiensis, vigilantiss. RECTORIS.



